

1744.

1. Barkmuller, Gott. Chron.: De commando ac periculo praedii realisti ante resignationem iudicalem
2. Crotius, Christph. Luds: De jure infantium.
3. Crotius, Christph. Luds: Nullius dicimus alius tolli posse etiam cum danno certioris ... dispendiis evincet.
4. Hanauerus, Christianus: Pro iuridice ... decanus lectori benerolo s. l. p. (ad Dipomaticam tomus Iacobi Boessneri iuris)
5. Hestherus, Jo. Christianus: Nam foemineo ab porrorsq.
dilectis iuris fratribus quam habeat non mercantur
~~recomendat, sed tollit: De priuilegiis matronarum. Gehört nach Fene
1667.~~
6. Hestherus, Joanne Christianus: De origine calvicio-
rum.
7. Hoffmannus, Carolus Gottlob: De obligacione christianorum ad observationem legum diuinarum de incertis fregiando ap. II.



8. Leyser, Augustinus, a : De relegatis 17
9. Leyser, Augustinus, a : De puga militiaris
10. Leyser, Augustinus, a : De paenitentia clericorum ?
11. Mencke, Leonhard Ludovicus : De reprobatione in ista -

Item prescriptione
12. Ritter, Andreas Florus : Ord. jas. . . Decimus : 3.
lectri beneris : (ad reparacionem manz. Joanni
Gnathori Schmid invitas)
13. Ritter, Andreas Florus : Ord. jas. . . Decimus : lectri 4.
beneris s. (ad reparacionem manz. Kepi Lipperts
Lichtner invitas).
14. Ritter, Andreas Florus : Retractione legalium 5.
in locatione locum non habet . . . ad dissert.
15. Ritter, Andreas Florus : De verborum significacione
atque usq; distinctionis verum. Monstrum sententiam
affordans et mobilium.
16. Valer, Abrahamus : Ord. med. . . Decimus . . .
cornu cervi monstrorum a finne arbore fagi, cui
adhuc recipit.

1745^o

1. Baermann, Georgius Fridericus : Programma theorumis alge-
braici diminutio nunc exhibens.
2. Bartinellus, Gott. Christianus : brev. jurisdictio ... Pro de-
cans : lectori generali o. p. d. (ad disputationem in angaria
juralem. Thes. Christiani Friderici Krocberi sumptus)
3. Bartinellus, Gott. Christianus, Ogd. jurisdictio. ... Pro decans
lectori generali o. p. d (ad disputationem in angaria
cum Iwanus Christiani Zore sumptus)
- 4^o. Bartinellus, Gott. Christianus : De hispanioribus dictorum
mensura circa peregrinum dimensionis omnis Regio -
Principis dictum. 2. Exempl.
5. Bartinellus, Gott. Christianus : Nepos patris
collatione literatus
6. Hanaccius, Christianus : De vasallo prouido in causa
Dominii: Stricti dutia.
7. Hassen, Martinus : De poenio occulte sumptis



~~8.~~ Leyser, Augustinus, a: . . . conciliariis et . . . collegio
rum, quae Vlothoberga) jis dement ac respondet praeter
ordinarios! Cectoribus salutem (ad hospitalium Tugii
ab Edv[er]i H[er]mannus invitat)

~~10.~~ Leyser, Augustinus; a: De ictu justum.

~~9.~~ Leyser, Augustinus, a: De percussione tormentorum.

~~11.~~ Leyser, Augustinus, a: De fisco.

~~12.~~ Leyser, Gottschalk Samuel: De vera mendicis et patribusque
differentia

~~a.~~ Ritter, Janus Daniel: Historiam prospecturam praelati-
tianae ab origine Byzantis ad Constantium M. recen-
sens . . . phis morphiae atque artis poeticae can.
N' Tatio s. p. 1.

~~14.~~ Rinius, Andreas Florus: De remedio legis uel. Cod.
De fiduciommis et concum crotorum.

~~15.~~ Rinius, Andreas Florus: De iure facisi in foro
civili.

~~16.~~ Rinius, Andreas Florus: De immunitate forem ab onere
refundi auctoritate ecclesiastica.

~~17.~~ Werner, Janus Grubus: De colligitionum scita.

5675.
ORDINIS IVRIDICI
IN
ACADEMIA VITEMBERGENSI

H. T.

DECANVS
CHRISTIANVS
HANACCIUS

IVR. VTRIVSQUE D. SAXONICI PROFES
SOR PVBLICVS FACVLTATIS IVRIDICAE
ASSESSOR ORDINARIUS

LECTORI BENEVOLO

S. D. P



ORDINIS TARDICI

ACADEMIAE UTINENSIS

DECANUS

CHRISTIANAE

HANSGEORG

VARIA THEOLOGICA DIVERSORUM TUTORUM

LECTORI BEATAE

ACADEMIAE

CHRISTIANAE

HANSGEORG

VARIA THEOLOGICA DIVERSORUM TUTORUM

CHRISTIANAE

HANSGEORG

CHRISTIANAE

HANSGEORG



ultum interest reipublicae, ut ciues rerum suarum quietas habeant possessiones, sine omni vindicationis atque infestae agitationis forensis metu. Ab hoc enim illi, plene liberati, demum ad aedificia uel extrema, uel exornanda, ad agros hortosque paullo diligentius colendos, progrediuntur. Habet inde respublica ornamenta sua atque emolumenta non mediocria, in posterum etiam duratura, et ciues ipsos, in primis in emendo uendendoque, minus timidos atque dubios. Quodsi uero alieni in iuris, rebus suis inherenterit, suspicione angantur perpetua, commercia torpent, negotiari ciues piget, ab emptione uenditione resilire illi student, uel, si non licet, litis denuntiatione distringuntur. Sunt autem in primis hypothecae, unde sibi ualde metuant emptores, uenditores. Tacitae tacent initio, postea uero non minus, atque expressae, loquuntur satis acerbe,

A 2 et,

IV

et, cum saepius sint antea ignotae, ex improviso eo magis affligunt emptores, uenditores, ut merito dixeris, in re empta uendita, hypothecis, uix maius et frequentius occurrere periculum, uel damnum. Quare, ut hic non minus populi utilitati, quam mercaturaee liberati, imo et bonaee fidei, consuleretur, hodiernis fe-re gentium moribus, ius hypothecae, in rebus mobiliibus, Romano iure alioquin validum, (a) extinctum abolitumque est, uel, ut solemni loquendi formula utar, *mobilia non habent sequelam.* (b) Hoc etiam ita constitutum est in lege Saxonica recentiori (c), quae tam de hypotheca tantum rerum mobilium, uel in iudicio, uel extra illud, constituta, loquitur, adeoque ad legales hypothecas, alioquin generatim in bona conceptas, atque Mandato Regio-Electorali, de anno CICCI CCXXXIV. restitutas, pertinere nunc non poterit. Ac tametsi, in quibusdam Germaniae prouincias, tacitae quoque hypothecae, bono sapientique consilio, prorsus sint sublatae, ne uidelicet quid damni sibi amplius inde metuerent creditores in mutuo, atque emptores uenditoresque, in suis b. f. conuentacionibus. Attamen, in Saxonia nostra, multo tandem grauior uisa est causa illorum, quibus tacito pignore consultum leges moreisque Patriae olim uolebant, quam creditorum ac reliquorum sollicitudo atque cura, plerumque fere simulata et ad uincendum non adeo difficultis.

Sed

(a) §. 7. *Inst. de Act.*(b) *Simon van LEEUWEN, in Censur. for. lib. 4. c. 7. n. 8.*(c) *Ord. Recogu. ad Tit. 44. §. 2.*

Sed quocunque damnum periculumque hypothecas alias minitari soleant incautis praediorum emptoribus, aut creditoribus, unam tamen eandemque admodum singularem hypothecae speciem nunc proferam, quae tertiiis possessoribus sit omnino innoxia omnique metus causa destituta. Cogitandum hic non est, de hypothecā inualida et plane nulla, quae uel coram iudice incompetente, uel ab illo, qui rei dominus non est, aut alio iure in rem destitutus, constituitur, ubi sane nihil periculi extimescendum. Deinde hoc non spectat quaestio, in Clarissimi Candidati nostri disputatione inaugurali (d) proposita, an uidelicet uendor, ante resignationem iudicialem, hypothecae onere grauare adhuc possit rem, ali iam uenditam, quod certissimo patriū Iuris fundamento, in d. Disp. ab omni dubio plenissime liberato, affirmandum omnino est, adeoque, de eiusmodi hypotheca, quin contra tertios ualeat possessores, dubitari amplius nequit. Verum, ne quasi diuinatione exerceri uidearis, breuiter dicam, quid mihi uelim. Singulare quoddam phaenomenon hypothecarum obseruui aliquando in actis, a Regimine Regio-Ducali Magdeburgensi, mense Ianuario, 1741. ad nos transmissis. Debitor, pro debito, domum suam una cum fundo quodam hypotheca devinxerat extraiudiciali, consenserat iudex incompetens, utrumque praedium emerat Schulzius, debitoris gener, hic mox, retenta domo, fundum uendiderat Henrico. Primus postea hypothecaria actione pulsatus, opponit quidem inua-

VI

Iidae hypothecae exceptionem, sed, hac neglecta, iudicis decreto, condemnatur hypothecario more. Deserta, quam interposuerat, leuteratione pariter, atque nullitatis querala, effluxo legali tempore, extincta, existebat iudicatum et, ut huius, hypotheca. Contra utrumque decernitur executio, immisso, subhastatio, addictio, uterque contra haec iudicis molimina prouocat ad Regimen perillustre Magdeburg. Actamittuntur ad Scabinos Stargardenses, qui, ob iudicatum et ius hypothecae, uti purabant, manifestum, contra tertios possessores validum, (e) quod index primae Instantiae susceperebat, plene approbant. Leuteratione uterque Schulzius et Henricus utebantur, sed dissimili successu. Nam nos, acceptis actis illis, sententiae dicendae causa, Henricum absoluimus, Schulzium non aequem. In hac, quam uterque nancisebatur, dissimili forte, communi nitebamur decidendi ratione quasi cuiusdam hypothecae, e re iudicata oriundae, quae tamen, legali interpretatione, tantum contra Schulzium valeret. In hunc modum a nobis pronunciatum: Nummehro, so viel Tobias Heinrichen betrifft, aus denen Acten ic. so viel zu befinden, daß dieser Klägerin 47. Rthlr. Capital und Zinsen nebst 5. Ehrl. 17. Gr. Unkosten, binnen Ordnungs-Frist zu bezahlen, oder den geklagten Garten zu räumen nicht schuldig, im übrigen aber bleibt es, Christ. Schulzens Leuterung ungeachtet, bey dem am 29sten Augusti, des 1739sten Jahres, eröffneten und in Actis, fol. 187. sq. befindlichen Urthel billig ic. Additis, quae hic ad rem faciunt, rationibus: D. a. u. d. ic. andern

(e) l. 18. §. 2. D. de Pig. Act. l. fin. D. de Nou. op. mut.

andern Theil's Schulze durch die fol. 44. gebethene Nachsicht und fol. 62. offerirte particular Solution, die Rechtskrafft des vorigen Decreti fol. 35. in der von Anfange wieder ihn, als Beklagten, ergangenem Sache, agnosciret, auch die Querelam nullicatis, oder ein anderes Remedium, zu rechter Zeit nicht gebrauchet, solchennach er, als Besitzer Debitor worden, und hierdurch des Iudicis Incompetenz, intuitu rei sitae, ungeachtet, eine QUASI HYPOTHEC, so allein wieder ihn gettet, entstanden, Schulze jedoch, als Successor singularis et h. f. Possessor, und da diese quasi hypothec, wegen des vorigen Besitzers Schuld, allererst per iudicatum, als welches allen möglichen Effect haben muß, existiret, von Klägern die Meliorationes erkanter massen zu fordern wohl befugt ist, dahingegen, was Heinrichen betrifft, dieser anfänglich gar nicht in Lite gewesen, demnach das Iudicatum fol. 19b. der Acten Imae Inst. um so viel weniger wieder ihn gelten mag, da er zur Zeit der disfalls an. 1713. wieder Hans Vorwerken angestellten Klage, nach dem Original Rauff-Briefe und dessen gerichtl. Confirmation, fol. 217. sqq. das Eigenthum des Grundstücks bereits geraume Zeit gehabt, und, als er solches gerichtl. erhalten, Klägern darauf noch keine Hypothec zugestanden, als welche allererst gleichfalls nur per iudicatum d. f. 19. erfolget, jedoch gestalten Dingen nach contra tertium keine Wirkung haben kan, immassen Iudex conuentionis, wenn die Immobilia unter dessen Gerichtsbarkeit nicht gelegen, durch seinen Ausspruch, keine ueram hypothecam, sc contra tertios possessores gelte, bewürden mag ic. Quod ad hanc quasi hypothecam attinet, noua, fateor, haec est loquendi ratio, quae neque in legibus, neque apud iuris interpretes, inueniatur.

VIII

tur. Evidem conesserim, hypothecas, ad res in corporales relatas, *quasi* quoque posse dici, propter ea, quod illius generis res uere tradi, possideri, supponi, nequeant. (f) Sed, cum, utilitatis causa, leges creditoribus hic tribuant actiones hypothecarias utiles, (g) recte inde colligitur, ipsius causae consimilis appellatio, eo quidem magis, ne illa impropositatis nota, si usurpetur, istis actionibus ipsis iusto plus detrahatur. H V B E R V S itaque, *quasi* hypothecam hic nominans, (h) ex hac obseruatione, emendandus uidetur. Deinde cum nostra supra dicta *quasi* hypotheca, nec re, nec nomine integro conuenit *quasi* illa Seruiana, quae et passim in legibus proprie uocatur hypothecaria, (i) aut utilis Seruiana, (k) postquam uidelicet ius illud honorarium ciuili sanctione iam obrutum uides, salua tamen honoristica Praetoris SERVII memoria. Sed hoc iam satis pro noua nostra locutione, quam, iuris ratione ferente, insinuabat urgebatque ipsa illa causa forensis. Sin desiderentur plura, illa ipsius rei consideratio datura est, quam breuiter nunc subiungam. Vel ipsum quidem hypothecae nomen, quod actor, contra Schulzium, per iudicatum obtinuerat, ius reale uidetur inferre, contra tertios possessores, idque legum autoritate, secundum iura hypothecae ordinaria eiusdemque indolem legalem, neque

(f) l. 43, §. 1. D. de Ac. R. dom. l. ult. D. de seruit.

(g) l. 4. C. quae res pig. l. 13, §. 2. de pig. et hyp. l. 13, pr. D. de pig. act. add. Wissenb. ad π. de pig. et hyp. §. 8.

(h) ad tit. π. de pig. et hyp. §. 11.

(i) §. 7. Inf. de act.

(k) l. 1. pr. et §. 2. D. de pig. es hyp.

que dubium supereat, quin iure Romano perpetua validaque hypotheca e re iudicata exoriatur. Quod quidem tit. C. si in causa iudicati pignus captum sit, quo hic prouocant Doctores, (1) sulfineri posse, haud crediderim, cum pignus illud iudiciale non tam iudicato, quam eius tantum executioni sit tribuendum. Sed melior, illud euincendi, ratio in promptu est. Luculenter enim constat ex legibus Rom. (m) per sola pacta conuenta, sine omni iudicis autoritate, pignus atque hypothecam contrahi. Deinde iudicatum quasi contractus virtute valet (n) et, ad exemplum uerorum contractuum, efficacem producit obligacionem (o), et actionem rei iudicatae (p). Conficitur inde, eum in hypothecam satis ac sufficienter consensisse, qui iudicatum, quo illa continetur, contra se habet. Nec ergo hic de perfecta quadam tertiusque possessoribus molesta hypotheca, dubitare licebit. At enim uero paullo aliter de hac re existimandum est, ad Germanici iuris ductum, quippe quod rerum immobilium nec alienationes, neque hypothecas, sola ciuium siue expressa, siue tacita, siue praesumpta uoluntate, pactas, fert, neque alias praediorum admittit dominos, uel creditores, ueluti futuros possessores, quam, qui iudici rei sitae usque qua-

B que

(1) STRVV. in Syntag. Iur. Ciuil. tit. de pig. et hypothec. §. 9.

(m) l. 4. D. de pig. et hyp. l. 17. §. 2. D. de partis l. 1. D. de pig. act. l. 9. D. qui portor. in pig. l. 2. C. quae res pig.

(n) l. 3. §. II. D. de pecul.

(o) l. 33. D. de cond. indeb.

(p) tot. pir. D. de re iudic.

que comprobantur, et ipsi reipublicae singularem aliquam fidelitatem, praediis innexam, in omni frangenti, seruaturi esse videantur. Quod sane publici iuris momentum priuatis ciuium placitis priuatique iuris iudicatis nec subiacet, neque concedendum erit (q). Quod uero ad rem iudicatam attinet, maxima eius uis et autoritas id sane efficere nequit, ut effectus sit nobilior causa, siue, clarius loquendo, ut hypotheca, a iudicato prognata, hoc sit praestan-tior fortiorque. Atqui uerum est, res, inter alios iudicatas, aliis non praeiudicare (r), quare nemo hic non uidet, quam supra *quasi hypothecam* cognomi-nauiimus, satis improprie aliquam esse, quae tamen ceteroquin non solum ui iudicati, cuius honori cer-te aliquid dandum est, nomen hypothecae sustiner, sed etiam non omni hypothecae iure destituta censem-setur. Nam in casu, supra allato, Schulzius, qui debitum non contraxerat, debitorisque non heres, sed successor singularis erat, nihilo fecius tamen hypothecarie, ueluti possessor fundi, succubuit, et quidem tam funeste, ut contra autorem suum ipsi non dare-tur regressus, utpote qui denegatur illi, cui res sua euicta est culpa (s), uel, quod hic contigit, debitum alienum cum quasi hypotheca, per iudicatum, est ob-trusum (t). Quae hucdum, de *quasi hypotheca*, uel-uti nouo quodam ente iuridico, breuiter strictimque

a me

(q) *Conf. Clariss. Caud. diff. §. 27.*

(r) *I. 63. D. de re iud.*

(s) *I. 29. §. 1. I. 56. §. 3. I. 63. §. 3. D. de enier.*

(t) *I. 51. pr. D. de enier. I. 8. et 15. C. eod.*

a me sunt exposita, eo non spectant, ut nouitatis studio inserviant. Sed documento sint atque exemplo, iurisprudentiam, uel diligentia scholastica, uel fori tritura, nondum ita esse exhaustam, quin ex ipsis rerum argumentis sere quotidie noua sperare possit incrementa, quemadmodum nec illa cultores suos genuinos honoribus summis variisque diligenciae praemis exornare identidem atque cumulare desinit. Probat hoc *Clariss. Candidatus noster*, cuius gratia haec scripsi, uel suo exemplo. Hic enim, curriculo diligentiae Academicae laudabiliter confecto, ante annum, et quod excorrit, examen, praxeos et notariatus causa, subiit, atque in illo nobis perquam dignus est uisus, qui prodiret in forum, et a nobis Notarius publ. Caes. crearetur. Deinceps, re interim in Patria eiusque foro, bene gesta ac disposita, ad altiora aspirans, ipso hoc mense, ad nos rediit, decenterque petiit, ut ad bina illa examina, quorum tentamen alterum, alterum rigorosum, appellatur, admitteretur. Ornatusissimus uir, iam antea nobis probe cognitus, facile admissus, in utroque examine profectus, quos in iuris arte fecerit, satis bene Ordini comprobauit. Verum, ut quoque publice constet, qua ille uiuendi agendique ratione hanc sibi diligentiae laudem pepererit, uiamque ad honores praemunuerit, ipse nunc, uti moris est, tradet.

B 2

Ego

XII

Ego IOANNES IACOBVS ROESS
NERVS, die III. Mens. Ianuarii, anno c I
I 3 CC XIII. in urbe primaria Lusatiae Su-
perioris, quae dicitur Budissa, a patre MAR
TINO ROESSNERO, Portario Castel-
li, quod nomen habet Ortenburg, et a matre,
CATHARINA HAVSSMANNA,
natus, a pueris studio Theologico a parenti-
bus meis dicatus, unde et amorem illorum, er-
ga me optimum, et in promouendis salutis
meae incrementis, curam eximiam, ab ineunte
pueritia, ita sum expertus, ut mox primis lite-
rarum rudimentis informandus, Praeceptorum
in primis M. NISII, IANCKII, itemque
M. WEISII, Sub - Rectoris Gymnasii no-
stri meritissimi, cui me aeterna gratitudinis
lege obstrictum profiteor, nec non LAGNE
RI, de cuius singulari erga me integritate nun-
quam non honorifice praedicabo, porro CALL
MANNI, Sub - Rectoris beati, cuius quoque
memoriam, post fata, deueneror, uti etiam Vi-
ri

ri Doctissimi BERNHAVERI, beati Rectoris nostri Gymnasii, cuius obitum ualde dolere nondum desino, simulque M. IANI, Con-Rectoris, de me quoque meritissimi, tam publicae, quam priuatae, fidei traderer. Ius-
su denique parentum, aliorumque, qui de me bene sentiebant, humanitatis studia, quibus adolescentia imbui solet, ad montes migraui,
de difficulti diligentiae itinere quasi submoni-
tus, et Annaemontii, praeceptoris M.
CLODII, Scholae eiusdem Rectoris meritissimi, fidem singularem et industriam sum ex-
pertus. Iactis itaque feliciter literarum fun-
damentis, Anno c Iɔ Iɔ CC XL. Lipsiam de-
migraui, et d. X. Iunii, Almae Vniuersitatis
Lipsiensis Rectore Magnifico, IOANNE
ERHARDO KAPPIO, Prof. Eloq.
Ord. et Colleg. maioris Principum Socio, no-
men dedi, inque numerum discentium rela-
tus sum. Verum enim uero, cum ad altiora
animum applicarem, tota mens mea ad

B 3

Studi-

XIV

Studium Iuridicum | magis, quam Theologicum, inclinabat, hanc ob causam Dn. Dr. MENCKEN, Viro Excellentissimo, atque Doctissimo, Patrono meo ac Fautori, omni honoris cultu et pietate aeternum deuenerando, quod in primis ad Iurisprudentiam Ciuilem et Criminalem attinet, deditus fui. Similique Viros Magnificos RIVINOS, SIEGELOS, HOMMELOS, aliosque habui praeceptores. Sed, ne illotis manibus studium Iuris, quod nunc animus proposuerat, aggrederer, sub ipsa statim uitae Academicae primordia, primum cognoscendae Philosophiae tempus dicaui, tanto maiori discendi flagrans desiderio, quanto praestantiores, in eo doctrinae genere, sortitus sum Viros, WINCLERVM nempe ac MVLLE RVM, fama ac meritis longe celeberrimos, Historiam uero Imperii, item Ius Publicum et Canonicum, qua decet, diligentia, ex praelectionibus Viri Excellentissimi D. MASCOVII,

SCOVII, eruditissimis, hauſi. Diuino numini sit laus, honor et gloria, quod ex gente Beati Doctoris MAETEGII sim progenitus, huinque beneficiis et praefidiis, uiam ad perficienda, quae iamiam suscepta erant, ſtudia munire mibi licuerit, ita, ut anno c 1510 CC XLIII. mense Maio, Wittembergam, celeberrimam hanc Academiam, me conferre, ibidemque, in auditorio ICTORUM, sub praefidio Viri Excellentissimi ac Doctrissimi, Patroni mei ac Fautoris, Dn. Dr. LEONARDI LUDOVICI MENCKEN, de Seruitutibus, ad Tit. I. II. III. Pandectarum, publice disputare, et mox examini pro praxi et Notariatu, me ſistere potuerim. Hoc feliciter peracto, ad patrios lares regrefſus, in numerum Aduocatorum Curiae Superioris Lusatiae, Deo fauente, sum receptus, et clientibus meis patrocinium praestare pro utili annitor.

Hacc

XVI

Haec ille. Sed nunc publicum, quod restat, eruditio[n]is specimen editurus, futuro die Veneris, qui est d. XXI. Augusti, sub praefidio *Viri Illustris atque Excellentissimi D. GEBHARDI CHRISTIANI BASTINELLERI, Sac. Reg. Maiest. Pol. ac Princ. Elect. Sax. a Consiliis Aulae, Codicis Prof. Publ. Curiae Provincialis, Senatus Ecclesiast. et Scabiniatus Assessoriis, atque Ordinis Iuridici Senioris Grauissimi*, disputationem inaugura[m] de Commodo ac periculo praedi uenditi, ante resignationem iudiciale[m], in Saxonie in primis Electorali et alibi usitatam, consueto ante et post meridiem tempore, in Auditorio maiori, habebit. Huic itaque solenni actui, ut Academiae RECTOR MAGNIFICVS, Patres Conscripti, omniumque Ordinum Doctores atque Assessores Praenobilissimi Amplissimique, Hospites, Ciues Generofissimi Nobilissimique commititones, et Clarissimi Candidati, et Ordinis nostri causa, perbenigne ac beneuole interesse haud deditgentur, omnes ac singulos ea, qua par est, obseruantia, uel humanitate, rogo atque obtestor. P. P. Vitembergae, Domin. XII.

post Fest. S. S. Trinit. a. salut. part.

clo Io cc XLIV.


VITEMBERGAE
PRELO EPHRAIM GOTTLLOB EICHSELDI
ACAD. A TYPIS.

Wittenberg, Diss., 1744-45

ULB Halle
005 310 547

3





B.I.G.

5075.

ORDINIS IVRIDICI
IN
ACADEMIA VITEMBERGENSI

H. T.

1744

4

DECANVS
CHRISTIANVS
HANACCIVS

IVR. VTRIVSQVE D. SAXONICI PROFES
SOR PVBLICVS FACVLTATIS IVRIDICAE
ASSESSOR ORDINARIVS

LECTORI BENEVOLO

S. D. P

7268